

Tit. IIX.

Ne quid in loco publico vel
itinere fiat.

§. 1. I. Interd. *Ne quid in loco publ. fiat*

Competit ei, ad cuius damnum opus in publico redundat,
vel etiam cuivis de populo.

Damnum est qualiscunque incommoditas.

§. 2. Si quis Jure sibi à Superiore concessio ædificet, interdicto non
subest.

Sed ita permittendum quid est, ne cum incommodo cujusque
fiat.

§. 3. Interdictum est *prohibitorium*, non restitutorium.

E. qui jam ædificavit non prohibitus, non cogitur tollere.

Attamen si noceat, removeri debet publicè,

si non noceat, *Solarium* (vectigal pro solo) ei impo-
nitur.

§. 4. II. Interd. *ne quid in itinere publico fiat*, quo id corrumpi potest ad
commeandum, etiam nudo odore,

Pertinet ad vias rusticas,

Est perpetuum & populare.

Condemnatur reus quanti actoris interest.

§. 5. III. *Ut factum opus restituatur* s. tollatur.

Interd. hoc est restitutorium, sicut superius est prohi-
bitorium. E.

§. 6. *Datur contra eum*, qui opus factum habet, h. e. eo utitur jure pos-
sessionis, vel qui dolo malo fecit, ne haberet.

§. 7. Ad id ut restituatur via publica, sumptibus ejus qui fecit aut fieri
jussit.

Is qui habet nec fecit, saltem patitur restitui.

Si non restituit, reus condemnatur quanti actoris interest.

§. 8. IV. *Ne vis fiat ei* qui in publicâ via it, agit.

Tit. IX.